

/ Serenissime Princeps Domine observandissime. Illustris Dominus
Iulius Caesar Cribellius reddidit mihi litteras Serenissimae Cel-
situdinis Vestrae die 12 Martiiⁱ; et simul exposuit, quae Serenitas
Vestra illi mandaverat circa communem causam reipublicae christia-
5 nae in Germania periclitantis. Sed ante aliquos dies commendave-
rat mihi negotium aliud, quod proprie ad Celsitudinem vestram Se-
renissimam pertinebat. Et quidem negotium illud particulare pro
viribus promovere studui, praesertim cum Summus Pontifex consilium
meum, et duorum aliorum cardinalium in ea re audire voluerit. De
10 periculis Germaniae propulsandis, quid a Summo Pontifice sperari
possit, idem consiliarius Serenitatis Vestrae D. Cribellius coram
referet. De me Serenitas vestra ambigere non debet, quin ex toto
corde facturus sim quod in me erit sive consilio apud Summum Pon-
tificem, sive precibus apud Omnipotentem Deum, sive etiam pecuniis
15 si forte Pontifici placuerit partem aliquam reddituum a nobis exi-
gere: quamvis enim perexigui sint redditus mei, tamen cum Sancto
Tobia ex modico modicum libentissime tribuam. Conservet Deus Sere-
nissimam personam vestram longis temporibus ad ecclesiae defensio-
nem, et promeritorum vestrorum incrementum. Romae die 14 Martii
20 1610.

Epist. famil. LXXIII.

*Romae 18 Mart. 1610 Bellarm. ad electos mag. Civitates
dell'Aquila
cf vol IX*